

DCCLVIII.

Pippinus Saxonibus superatis tributum imposuit, ut CCC. l. quos singulis soluerent annis.

Saxones tribu-  
tarij.

DCCLIX.

Vasconia.

Pippinus in Vasconiam uenit.

DCCLX. DCCLXI. DCCLXII. DCCLXIII. DCCLXIII.

Hiems grandis.

DCCLXV. DCCLXVI. DCCLXVII. DCCLXVIII.

Wifang p.

Pippinus rex acquisiuit omnem partem Aquitania, et Vuisa-  
rius est interfectus. Eodem anno Pippinus rex reuer-  
tens ab Aquitania ad Sanctum Dionysium VIII. KL Octob.  
obiit, filijs suis Carolomanno et Carolo, qui cognominatur  
Magnus, relinquens.

Aquitania sub-  
acta.

A regnum

DCCLXIX. DCCLXX.

Bonnada

Prindig R.

Hoc anno Berthrad mater Caroli filiam Desiderij regis de  
Italia adduxit in Franciam.

DCCLXXI.

Carolomann p.

Carolomannus frater Caroli obiit, regnum relinquens fratri  
suo Carolo magno.

DCCLXXII.

Heresburgum

Irmisul.

Carolus in Saxonia Heresburg expugnat, et fanum eorum  
quod uocatur Irmisul subuertit.

DCCLXXIII.

Papia.

Carolus inuitatus ab Hadriano papa Italiam ingrediens,  
Desiderium regem in Papia obsedit.

DCCLXXIII.

Fridislar.

Carolus Papiam cepit, et Desiderium regem in Franciam  
duxit. Eodem anno Saxones ecclesiam in Fridislar, quam  
Sanctus Bonifacius edificauit et dedicauit, lignis et igne im-  
plentes incendere uolebant, sed minime ualebant.

Papia capta.

DCCLXXV.

Siburg.

Brunsborg.

Lidbiki.

Onaccra fl.

Hessi.

Huffing.

Carolus Siburch cepit, et iuxta Brunesterch Saxones bello uicit  
qui postea Francos in castris iuxta Lidbiki nimia caede pro-  
sternunt, regi uero iuxta Onaccram, Hessi cum suis supplex  
occurrit.